

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,
conservatione, & alienatione

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 2. [i.e. 3] Quæ alienando licita, & valida sit. &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61834)

illam alienationem ecclesiæ non censeti
utilem, qua recipit tantum, quantum di-
misit, quemadmodum Rota decidit.
Tunc enim nihil lucri acquirit, sed quasi
ante habita conservat. Sed difficilis est
iudicare, quidnam ex rebus & bonis ec-
clesiasticis sit vite, & modici valoris.
Quod enim uni propter indigentiam
magnum, alteri propter abundantiam e-
xiguum videbitur. Quamobrem non alia
hic, quam viri prudentis, & omnia suis
momentis ponderantis trutina deserviet.
Arbitrabitur, qui bonus, & sapiens est.
arg c. Caterum de donat. Pias eccl. cit n. 25.
Less l. cit num. 64. Mol. disp. 468. §. Licer
predicæ Eos. Sa. V. alienatio. nn. 7. Laym-
n s. & alii communiter.

IV. Eodem iure fundum ecclesiæ steri-
lem olim, nunc verò in culturam reda-
ctum, illius, qui id fecit, hæreditibus, in
emphyteusin date licet. c. Ad anares 7. hoc
tit. ubi tamen limitatio additur Nisi forte
tunc aliis possint ad maiorem ecclesiæ u-
tilitatem cum eodem labore, & onere
conferri. Potest item alienari res, quæ
nondum cœpta est possiderij ab ecclesiæ.
Nam hæreditas Ecclesiæ testamento reli-
cta, & legatum remitti potest, quando in-
de od. n. m., vel scandalum aliquod time-
tur. Tuschus Concl. 276 n. 47. Az. 11. l. 9. c.
1. q. 12. Redoan. q. 2. c. 7. Rebuf. in Compend
alienat. rer. eccl. n. 31. In acquirendis enim
Prælatus ecclesiæ suæ præiudicare potest.
Abb. in c. Tua de his quæ si à Pral. sine con-
f. n. Capituli. Armilla. V. alienatio. n. 17.
Silv. num. 18. Si tamen legatum communi-
catorum utile foret episcopo & Capitulo, il-
lud dimittere episcopus non posset in
Capituli præiudicium. Pias l. cit. num. 33.

Less. num. 65. Layman. num. 6. Tuschus
lo. cit. VVading. de Contr. disp. 2. dub. 8.
§. 3.

V. Quæ donantur ecclesiæ aut mona-
sterio incapaci, puta, Fratribus S. Franci-
de obseruantia, & similibus, licet aliena-
ri possunt, per Syndicum videlicet, que-
admodum Roderiq. declarat. Tom. 1. q.
28. artic. 6. Non minus commutari pos-
sunt in alium usum modò absit scandalum,
& non offendantur, qui donarunt, ut ibid. artic. 5. explicatur. Extant quoque
specialia quædam privilegia, quibus con-
ceditur Ordinibus Religiosis, ut non pe-
tita Ordinarii, vel Pontificis licentia bo-
na sua alienare possint. Tale est Greg. XIII.
cuius initium, Apostolica Sedis, relatum
in Comp. privil. Societati nostræ conce-
sum, de quo multa commentatur. Roderiq.
l. cit. art. 3. V. Compend. Privilegior. Or-
din. Mendic. Verb. Alienatio. Compend.
Privil. Societatis IESU. eod. num. 2. Em. Sa.
lo. cit. Suarez. IV. De Relig. l. 2. c. 27. & 28.
Silv. V. Alienatio num. 20. Armilla. 29.
Præsumitur enim verò non aliam fuisse il-
lius qui donavit, mentem. Alias non la-
tis perspectam habuisse Ecclesiæ & reli-
gioi ordinis obseruantiam videbitur; si-
mulque bene & male de eodem me-
truisse.

§. III.

Cause alienandi, & modus.

I. **Q**uatuor causæ sunt, quæ aliena-
tionem bonorum ecclesiastico-
rum licitam, & validam reddunt. Glos.
Summaria in 12. q. 2. Prima est necessitat-
si ex.

PARS II. TIT.XVII. DE ALIENAT.RER.ECCLES.

59

Ex gr. Ecclesiæ debita urgeant, si redi-
menda vexa, & gravia damna avertenda.
Auth. hoc jus porrectum C. de Sacros. Eccles.
& Authent. præterea eod. Thol. l. 25. c. 8. n. 4.
Secunda major utilitas, ut si patrimonium
Ecclesiæ per alienationem cresceret. Cle-
ment. i. de reb. Eccl. non alien. §. Et hoc quidem
autib. de alien. & emphyteu. **Tertia pietas.**
Si redimendi captivi, alendi pauperes,
curandi infirmi, & simil. Tuuc enim ca-
lices quoque & vasa Ecclesiæ frangenda,
& deltribuenda sunt c. aurum c. Sanctorum
12. q. 2. exemplo S. Ambrosii, Achatii,
Cesarii, & aliorum Episcoporum. Ab-
surdum enim non est, ut dicitur in l. San-
cimus C. de Sacros. Eccles. animas hominum
quibuscumque valis, & vestimentis præ-
ferri. **Quarta causa** est incommoditas, ut
si fundus aliquis nimis procul distet, nec
nisi magna cum difficultate excoli queat
arg. c. Terrulas 12. q. 2. Quo circa magnum
Ecclesiæ, & animabus piis beneficium
præstarent Episcopi nostri, qui parcerias
habent à suo territorio longè remotas,
uti manifestum nobis est, si invicem
commutarent, & proximiores sibi unus
quisque regendas sumeret. Incommo-
dum vident & agnoscunt omnes, volunt
etiam subinde, sed absque affectu. De
temporibus fortè quia difficilior est
compensatio, ne spiritualia benè ordi-
nentur, obstat Panorm. in c. nulli Silvest. n.
2. Guterriu l. 3. quest. 8. Layman. n. 3. Schnei-
der. l. 2. Inst. tit. 1. §. saera Tusclus Conclus.
271 num. 11. Layman. l. 3. tr. 4. c. 11. n. 3.

II. Aliqua prædictarum causarum mo-
vente fieri potest alienatio adhibita so-
lennitate, quæ consistit in his quatuor
conditionibus. **Prima est**, ut in Capitulo
consultetur, & disquiratur, num expe-

dient alienationem facere c. sine distin-
ctione 12. q. 2. c. 1. de reb. Eccl. alien. in 6.
Neque existimandum est, tres necessa-
rios esse tractatus, nisi consuetudo id ve-
lit, sed unum sufficere, cum Glossa in c. 1. de
reb. Eccl. non al. in 6. communiter DD. tra-
ductum apud Sanchez. l. 7. Moral. c 6. num. 8.
Secunda, ut Capitulum expreſſe conſen-
tiant. c. 1. c tua & to. tit. de his, quæ ſiunt à
Præl. ſine conſen. Capit. Sufficit autem ma-
joris partis conſenſus eorum, qui præ-
ſentes ſunt. Hoc tamen ſi negleſtum fue-
rit, poterit poſtea Capitulum ratum ha-
bere contractum, & compellere relucia-
tes ad ipius observationem. **Tertia** est
auctoritas Prælati requiſita, puta Episco-
pi, Abbatis, & Similiū, quorum con-
ſenſus omnimodè neceſſarius reputatur.
c. in venditionibus 16 q. 7. Quod ſi Abbas
Epifcopo ſubſtit, hujus etiam conſenſus
obtinendus. Si Ecclesia Rectore careat,
dandus illi administrator est, priuquam
Epifcopus alienationi futurae auctorita-
tem præbere queat. Cum periculum im-
mora, & Prælaus absens est, luſſicit con-
ſenſus præſumptus. **Quarta conditio** est,
ut Capitulum ſubſcribat. c. tua ſup. cit.
non tamen in omnibus, ſed in donatio-
nibus, venditione & permutatione. Eſt
quoque multis in locis receptum, ut ſo-
lus Notarius ſubſcribat. Lefſius num. 63.
Silv. num. 2. Vallenſ. §. 3. num. 1. Tusclus V.
tractatus in alienat. bon. Eccl. Concl. 338. In-
ſuper ex Conſtit. Pauli II. Ambitioſe in-
conſulto Romano Pontifice, nulla aliena-
tio, aut confeſſio bonorum Ecclesi-
ſtiorum fieri potest, factaque ipſo facto
nullius roboris, & momenti eſt c. ſi quis de-
reb. Eccl. ali. Nec Capitulum modò, ſed
Prælaus quoque rem male alienatam re-

Aaaa 3

petere

petere potest allegans propriam turpitudinem secundum Abb. in c. cit. si quis Nav. l. 1 Conf. 20. de rescript. edit. 2. Si quis vero bona fide rem emiserit a Prælato agere contra eum de precio recuperando poterit: imo ab ipsam Ecclesia exigere, quatenus inde locupletior facta est. Geminianus Confil. 48. pro examinatione. Tuschus Conclus. 272. & 273. Layman lo. cit. n. 4.

III. Ad pleniorum instructionem pertinent notabilia quædam à diversis DD. tradita, quæ non pigebit attexere. Primum est, quamvis alienatio, cui prædicta locennitas deest, in foro externo irrita ac nulla sit, ut diximus, non continuo sequi in foro conscientiæ quoque nullam esse, ita ut teneatur reddere Ecclesiæ, qui per donationem aut venditionem alias secundum Jus naturale validam aliquid accepit. Panormitanus enim in c. quia plerique de immun. Eccl. & c. requisivit de integr. rest. in foro conscientiæ sufficere ait, si contra Etius secundum limites naturæ validus sit per consensum videlicet & titulum. Quod confirmat auctoritate Innocentii, qui in c. quia propter de elect. dicit, electionem factam absque solennitate juris valere, & tutum in conscientiæ esse sic electum, ita ut non teratur renunciare, quia Jus positivum invenit istas solennitates propter scandala, & fraudes evitandas, quibus sublati coram Deo tutus sit. Quod dictum notatu dignum vocat Silvestri. num. 13. quia valet in omni actu, in quo est prætermissa solennitas juris positivi servato jure naturali. V. Sanch. l. 4. Conf. c. 1. D. 15. Tanner. III. D. 4. q. 7 n. 189. Azor. II. l. 9. c. 1. q. 8. Secundum. Si beneficiatus quisquam habeat jus percipiendi redditus in propriam utilitatem, & non

ut administrator in utilitatem communis, ab illo omni solennitate locare posse ad longum tempus, puta annorum decem, vel etiam ad dies vita. Cum enim ei locatio cum vita ipsius finiatur, nihil inde periculi in Ecclesiam, vel Successorem derivatur, quemadmodum Abb. nota, in c. 2. de his quæ s. à Pral. &c. & in c. venienti. de translat. Si autem quis ut administrator tantum elocet, prædium, in morte ipsius non expirat locatio, ideoque prohibita est longi temporis locatio. Covar. l. 2. Var. c. 15. n. 6. Tertium est. Quod diximus per Constitutionem Urbani VIII. prohiberi locationem, & irritam esse, quæ ultra triennium extenditur, intelligi de rebus, quæ quotannis fructu dam: Et si quis ager, aut fundus non nisi alteris annis fructificet in 6. annos concedi posse, si non nisi tertio anno, in novem, ut cum Covar. censet Less. n. 69. Quartum. Si Prælatus juraverit, se bona Ecclesiæ non alienaturum, nihil aliud addendo, nihilominus alienare posse consulo Papa, & exhibita solennitate Juris, quia tale juramentum præsumitur fieri tantum de alienatione illicita. Si autem juraverit non alienaturum se nisi consulo Papa intelligitur etiam de alias licita, quam non potest ex tali juramento facere, quia perjuri crimen incurrat, alienando sine consensu Papæ. Excipe casum necessitatis, quæ non permitit moram, ut Pontifex consulatur. Quod notandum monet Silv. q. 17. quia facit pro exemptis habentibus superioris in remotissimis locis. Denique Bullas Summorum Pontificum de non alienandis Ecclesiasticis bonis absq; solennitate præscripta in multis locis non esse receptas, imo nec notas quidem, nisi illis,

illis, qui in libris reperiunt. Quod de nostra hac Germania ipse integra fide affirmo: de aliis mundi partibus Cajetan in V. Excommunicatio c. 75. Navar. c. 27. nu. 149. sylv. n. 15. Covar. l. 2. Var. c. 16. n. 6. Azor II. l. 9. c. 2. q. 1. Tolecus l. 5. c. 91. Vallens §. 3. Pia-fecium part. 2. c. 5. §. ad extreum in multis locis non esse receptam ait, in aliquibus solùm quoad irritationem contractus valet enim, ait, contra eam consuetudo. Idem Tu, chus afferit in V. Consuetudo Conclu. 826. Quod vero Petrus avenda dicit apud Ign. Lopez in pract. Crim. c. 75. eos, qui vel non esse receptam, vel contra eam consuetudinem valere scriperunt inadvertenter locutos esse, in ipso in agis apparer. Quomodo enim inadvertenter licquuntur, qui rem sibi evidenter notam loquentur? An non magis ille, qui ex sua provinciae, aut regni praxi de universo orbe pronunciat? Et Navarro quid faciet, qui quodd multis annis in Hispania, & Lusitania vixerit, ac docuerit Canones, non potuit eorum locorum mores ignorare. Sribit tamen lo. cit. Extray, Ambitiosa, nullibi omnino receptam esse, quia in nullo loco ulu recepta est privatio beneficiorum, quam incurri jubet ipsi lo jure ab aliis, qui fuerunt minores, quam Episcopi, vel Abbates intra sex menses, si perseverent in dicta alienatione: & quod in Lusitania non videtur re-

cepta, quoad tolos tres annos, quia pa-
sim videmus fieri locationes in quatuor
annos. Ita Navar. quem non videtur le-
gisse Fachinaus, qui l. 10. c. 98. confidenter
afferit, explodendam esse opinionem di-
centium usu receptam non esse Paulinam
Constitutionem.

IV. Pœnas quod attinet, si cui necessarium, vel utile est, cognoscere potest, ex Roderico Tom. I. q. 28. art. 13. & c. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6. ubi variæ suspensiones ponuntur aduersus Clericos, qui immo-
bilis bona, aut jura Ecclesiastum Laicis
sive consensu Capituli, & speciali licen-
tia Papæ subjiciunt. Item Clement. I. eod.
tit. ubi censura suspensionis ab officio ip-
so jure lata est in religiosum, qui Monas-
terio, Prioratu, Ecclesiæ, aut cuivis ad-
ministratiōni praesidens ejusdem jura,
reditus, aut possessiones alicui ad vitam
ejus, aut ad certum tempus concedit, nisi
necessitas vel utilitas expolcat, & Con-
ventus, vel si Conventu caret, proprii
Praelati consensu accedat. Ita ille. Accu-
ratissime omnia Ign. Lopez in pract. criminale Canonica pag. 232. & seq. octo

pœnaturum genera enumerat,
quem legendum
luadeo.

* *

Finis secundæ Partis.

PARS III.